

IN PRIMVM SENTENTIARVM LIBRVM,

LECTIONES AC QVAESTIONES, EX OMNIBVS
ferè Theologis, & præcipuè Ioannis Bachonitani, Collectæ

*A Magistro Christophoro Syluestrano Brenzono Regente Gymnasij
Patauini Carmelitarum. Anno primo. M. D. XCI.*

EXORDIVM.



DE O Optimo Maximo disponente: Maria virgine coadiuuate: Sâctis interce-
dētibus: Generali. Reuerēdis. iubēte: amicis cupiētibus, assentiēte, acceptā-
teq; animo meo, vt in præsentē venirē locū, Regentiæq; Gradū per difficilē,
& arduū, licet nobiliss. ac per illustrē suscipirē, hac rōe, & fine, vt Theologiæ
Sacrosanctę operā darē, nec non diebus singulis concertationibus adessē: me
hoc in initio, exordio, & princip. quædā tanquā clariss. Lumina ad eruditionē, capacitatem
intelligentiā, & fructū capescendū vobis meis dilectissimis præponere: ordinare: declara-
re enucleare, & prælibare excogitavi, & decreui. Hoc autem maximē fit ne à communi
omnium sapientum in

Diuina. } Legali & } Ordine & serie discedere videar. Quæ autē sint ista non dubito vos multoties,
Naturali } Canonica } & legisse, & audiuisse à præstāissimis uiris tū in priuatis, cū etiam in publicis.
Sapientia } Scholis. Attēdite igitur, & summatim breuibusq; ad negotium me accingam.

Octo igitur potissima vobis propono sine quibus nequit fieri, vt Magistrum intelligere possitis.

- | | | |
|-------------------------------------|--|--|
| 1. Est intentio mea in hoc negotio. | Intentio declarat rei terminum. | Intētio mea hoc in negotio est triplex. |
| 2. Est Nomen Auctoris. | Nomen Auctoris optimē fidē facit. | |
| 3. Libri nomen. | Nomen libri mām subiectā patefacit. | 1. Respicit Auctores, & duces in Theologia. |
| 4. Ordo in dicendo. | Ordo indicendo docilitatē preparat. | 2. Verborum qualitatē. |
| 5. Diuisio | Diuisio facilitatē affert. | 3. Progressum. |
| 6. Tempus | Tempus resolutionem postulat. | |
| 7. Vtilitas & | Vtilitas animum inclinat, & | |
| 8. Auctoritas dicentis. | Auctoritas dicētis silentium, imponit. | 1. Intentio circa Auctores hæc est. Volo legere Magistrum sententiarum quia ipse est Dux omnium Theologorū. Nā ex Magistro Jo. Bachonus, Michael, Bononiensis, Thomas, Vualdensis, Omnes ex nostro Carmelo, Ordinem, & normam sumperunt. Sic S. Thomas sic Scotus: sic Ricardus: sic Alij viri Solemnes in Theologia. Nam omnes ex Magistro fecerunt Distinct. quæst. & summas. Sic Sacr. N. Mater Ecclesia virtum illum nuncupat Magistrum. |

2. Intentio respicit verborum qualitatē. Scire vos oportet me in lectionibus nolē vti.

Terminis in vltimis. } Nam termini in vltimis (inquit dominus Gerson) faciunt obscuritatem: obscu-
Eloquentia Oratorum. } ritas ambiguitatem: ambiguitas opinionē: opinio errores: errores perditio.
Elegantia vocum nec } Termini igitur omnes erunt, ad mentem doctorum communium, ac sine
Aliquid ex me addere. } perplexitatē.

Non vtar oratorum eloquentia, quia multi ex ipsa dulcedinē eloquentiæ grauius sunt prolapsi, nullum-
quē fructum in sacra pagine emiserunt.

Non vtar elegantia vocum nec ornatu nec splendore, quia sermo noster erit de rebus altissimis nempe
de diuina Theologia, & sermo Theologicus inter omnes sermones est altior excelsior, & sublimior cunctis
dicendi modis. Etiam quia Theologia radix, origo, & fundamentum est Eternum verbum quod dum na-
turæ humanæ fragilitati vniuit se (vt inquit Gerson) à Santiss. Matre sua. N. Patrona non præciosus Mar-
garitis fuit ornatus: non auro: non argento: nec vestibus sericis fuit indutus, sed vilibus, humilib. & abiectis in-
dumentis inuolutus. Nec addā aliquid ex mea sententia, quia melius est bene silere, q̄ im pudētē aliquid afferre.

Tertio. Intentio mea respicit progressum, & progymnasmata. Oportet certe nos in lectionibus progredi,
& inconcertationibus exercitationem facere. Aliàs hoc in Gymnasio: Patauino, & Papiæ etiā Regentes per
hebdomadā vnā tantum conclusionem, vel vt rectius loquat copiam conclusionum discutebant, & per
mensē vnā distinctionem legebant, vnde nullius profectus, nullius ordinis, ac nullius charitatis erant
scholaribus. Idcirco singulis diebus volo vt conclusionum copiam extricemus, nisi sint talis difficultatis
vt maiore diligentia, & studio indigēt, & in lectione terna ad plus quācūque distinctionem aboluere, sic
erit profectus, sic erunt progymnasmata. Et ac quo ad intentionem, & quo ad primum caput.

Secundum caput procedit ad Auctoris nomen. Auctor huius operis, fuit Petrus longobardus oriundus
à populis Cisalpina Gallia iste inter omnes viros suæ ætatis fuit illustris: celebris, & præclarissimus. Ideo